

Recesserunt à me, & ego erudivi eos. Et ait Dominus: Testimonium nostrum, scilicet meum, & Joannis. Vel meum, & Patris edentis signa per me, & Spiritus sancti per me loquentis, non recipitis. Quod contra omnem legem facit Pharisæorum malitia, cum in ore duorum, vel trium ster omne verbum. Non recipitis; in numero plurali loquitur, sicut & sequentia verba: Si terrena dixi vobis, & non creditis, vel quia aliqui cum Nicodemus fortasse venerant, ut ait Cajetanus, & ideo ipse dixit. Scimus, quia à Deo venisti magister; vel quia (quod est mihi probabilis) Nicodemus princeps erat Judæorum; & ideo in ipso omnes alii Judæi arguuntur, quia populus delinquens sæpe Regis est delictum. Et hac de causa Nicodemus, quamvis de sua salute sollicitus, ob Judæorum duritiam utpote eorum princeps objurgatur.

Cajetan.

Peccatum populi delictum Regis.

QUESTIO XXVII.

Quare Christus Dominus hic loquatur in numero plurali: Quod scimus loquimur, & quod vidimus, testamur.

142. Maldon.

Hoc dubium in varias sententias Doctores fecit abire. Et primo Maldonatus hæc existimat dicta de omnibus bonis testibus, Quod scimus loquimur, hoc est, qui testes sumus veraces, & fideles de illis solum testificamur, quæ scimus, & quæ videmus. Quare ô Nicodeme, ex eo, quod ego hæc tibi dico, tu existimare debes, me certissime illa scire. Hæc tamen interpretatio non cohæret cum summa autoritate Christi Domini, ut ipse cum cæteris testibus, de quibuscumque rebus testimonium ferentibus, se adnumeret.

143. Alcuin.

Secundò Alcuinus in Catena Divi Thomæ, ait, Dixit pluraliter, ac si dicat: Ego, & illi, qui modo Spiritu sancto venati, intelligimus illud, quod loquimur, & quod vidimus apud Patrem in ea abscondito, hoc testamur foris in mundo. Hæc etiam interpretatio est valde humilis; nec enim ipse loquitur æqualiter de cognitione, quam ipse habet de mysteriis divinis, ac nos habemus in viam: nam cognitio Christi est intuitiva, ipse videt faciem ad faciem, & ideo propriissime ait: Quod vidimus testamur, cognitio autem in viatoribus renatis est per fidem, & tanquam per speculum in ænigmate.

144. Salmeiron.

Tertio Salmeiron, & aliqui recentiores dicunt quod Christus hic loquitur in numero plurali, ut se cum cæteris Prophetis à Deo missis connumeret, ac conjungat. Hanc etiam explicationem non probat; quia cognitio prophetica non semper fundatur in cognitione evidenti, sed valde frequenter revelationes prophetice obscure erant, & inevidentes; lumen enim propheticum ex natura sua obscuritatem non excludit. Et ideo D. Petrus epist. 2. cap. 1. num. 19. prophetiam lucernæ lucentis in caliginoso loco comparavit, ut observat Divus Thomas 2. 2. quæst. 74. art. 5. in corpore, & idem docent Cano lib. 12. de locis, cap. 2. conclus. 2. Vasquius tom. 1. ad 3. part. quæst. 7. artic. 8. num. 10. Suarius tom. de fide, disp. 8. sect. 5. num. 2. & 3. Ragula ad 3. part. 9. disp. 74. Et patet, quia

Non loquitur de Prophetis.

a. Petr. 1.

D. Thom. Cano.

Vasq.

Suaris.

Regusa.

fide Isaac benedixit Jacob, & Esau. Similiter Jacob fide benedixit filios suos, Ad Hebr. 11. n. 20. & 21. quos tamen prophetasse ea in re, patet ex communi Patrum consensu, & Scriptura, Genes. 49. n. 2. Congregamini, ut annuntiem quæ ventura sunt vobis. Ergo cum in hac prophetia interveniret fides, lumine obscuro factum est.

Genes. 49.

Quartò, Cajetanus ait, quod utitur numero plurali, propter duplicem notitiam, quam habet Christus; increatam, ut Deus; creatam, & per se infusam, ut homo. Hæc tamen doctrina non placet, quia scire, & videre sunt actiones, ac proinde suppositorum: cum autem unum sit suppositum in Christo, unus dici debet, non plures: sicut si in nostro intellectu datur plures actus intelligendi, ratione suppositi dicitur unus intelligens & non multiplex. Quintò, Sunt qui dicant, Christum hæc verba in plurali protulisse propter se, & discipulos suos; ac de omnibus ait, quod scimus, quod vidimus. Sed non videtur firmum, si referantur ad tempus, quo Christus hæc dicebat: quia non habemus fundamentum, ob quod dicamus, quod pro tunc Apostoli aliquid de Salvatore testificarentur, præcipue in hac materia, de qua erat sermo, de regeneratione per quam; quia huc usque non legimus, quod Dominus de hac re cum suis differuisset. Sextò dicunt alii, ut Barradas, quod Christus utitur hic numero multitudinis pro singulari, ut sæpe facimus. Utitur ergo numero plurali modestè, quia causa, ne de se diceret: Quæ scio, & video, hæc testor. Sed cum hoc pugnat, quod Christus de se nunquam loquitur in numero multitudinis, & Joan. 8. etiam in simili materia, ut Joan. 8. num. 38. Ego, quod vidi apud Patrem loquor.

145. Cajetan.

Non loquitur de discipulis scientia.

Non loquitur de Apostolis.

Barradas.

Ob modestiam non loquitur de se.

Joan. 8.

146. Cyrill.

Septimò D. Cyrillus, D. Chrysostramus, D. Ambrosius, homil. in Octav. Pentecost. Albertus Magnus, D. Thomas, D. Bonaventura, Rupertus, Ambrosius Carthusianus, & communiter alii Patres, & DD. Albi Magni, hæc verba referunt ad Patrem, & Spiritum sanctum, qui simul cum Filio sciebant, & loquebantur per illum ac testabantur. Joan. 14. num. 14. Ego in Patre, & Pater in me est, Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor: Pater autem in me manens ipse facit opera. Hæc sententia est probabilissima, & maxime ob tot Patres veneranda. In ea tamen illud mihi ingerit scrupulum, quod Christus Dominus doctrinam suam in auditoribus suis maxime insinuare intendebat; & ad hoc valde expediens videbatur, ut auditores apprehenderent, quinam essent scientes, & videntes, de quibus Christus loquebatur; & qui pro tunc aderant, non intelligebant, quod Pater, & Spiritus sanctus essent in Christo, in eoque loquerentur.

147. Germana expofitio.

D. Thom. Rupert.

De se, de Patre & spiritu sancto loquitur.

147. Germana expofitio.

Joan. 8.

qui baptizat in Spiritu sancto. Et Matth. 3. n. 11. & Luc. 3. n. 15. Et tamen utriusque testimonium Judæi recipere noluerunt. Et corroboratur expositio. Quia Christus Dominus aliquando de se ac suo Baptista sum in numero plurali loquitur, ut Matth. 3. n. 15. Dixit ei: Sine modo, sic nos decet implere omnem justitiam; ut notavi lib. 3. c. 2. q. 10.

Matth. 3.

Joannis 3. n. 12. Si terrena dixi vobis, & non creditis; quomodo si dixerò vobis cælestia, credetis?

Joannis 3.

VERSIONES.

Sæ ex Græco. Dixi vobis, & non creditis mihi. Syriacus. Quomodo, si dixerò vobis cælestia, credetis mihi.

EXPOSITIO.

148.

RATIONEM reddit Dominus de eo; quod immediate antea dixerat: Testimonium nostrum non accipitis: crassitudinem, ac imbecillitatem auditorum arguit, ut notant Euthymius, Albertus Magnus, Thomas & alii. Ea, quæ de regeneratione dixerat, terrena appellat; cum hujusmodi regeneratio fiat in tercis, interveniente terrena aqua, tanquam dicat. Si non creditis ea, quæ sunt in terris, quomodo credetis, quæ sunt in cælo? Et si fidem non datis facillioribus, quomodo difficiliora apprehendetis, ut æternam generationem, processionem Spiritus sancti. Et ait: Non creditis mihi, ut explicatius legit Syriacus; quia Judæa, cæcitate sua detenta, veritatis magistro, à quo poterat illuminari, peculiariter credere noluit. Iniqui solum iniquis credunt, non vero justis, & probatis viris. Et ait in numero plurali. Non creditis, quia, ut dixi ex D. Cyrillo superiori expositione, in Nicodemo arguit Judæos omnes.

Euthym. Alb. Magn. D. Thom.

Syriacus.

Cytil.

QUESTIO XXVIII.

Cum Christus Dominus de regeneratione spirituali hic loquatur, quid per terrena intelligit?

149. Cassian.

Per antiqua, & vulgaris quæstio est, Quid Christus Dominus hic per terrena, quid per cælestia intelligat? Primò Simon Cassianus lib. 11. c. 6. ait, quod in hoc primo anno ab egressu à deserto, multa contulit Jesus cum Judæis, quasi terrena, & humana, & juxta sensum existentia, quæ ab eis non fuerunt credita. Quod etiam de terrenis Dominus locutus fuerit in solemnitate paschali, exponunt aliqui, ut Barradas. Sed hoc non videtur firmum; quia nec res terrenas, nec parabolas de eisdem invenimus in Evangelio usque ad hoc tempus à Christo dictas, & pro nostro capto non est divinandum. Sylveira in Evang. Tom. II.

Barradas.

Secundò, Aliqui de vento hoc explicant & ita intelligunt illud, quod superius est dictum: Spiritus ubi vult spirat, tanquam si dicat Dominus: Si non creditis terrena, id est generationem spiritualem, quam terreno modo, & exemplo vobis explicavit, quomodo credetis cælestia, si nunc dixerò. Hanc referunt D. Augustinus, & Beda hic, & etiam D. Chrysostramus homil. 26. qui quamvis illius de vento interpretationis sit author, eam hic non approbat. Et merito, quia Christus Dominus hic non loquitur de modo loquendi, & explicandi, sed de rebus ipsis terrenis, & cælestibus.

150.

August. Beda. Chrysostr.

Tertio, D. Augustinus tract. 12. Rupertus per terrena exponunt id, quod superiori capite dictum est de suo corpore: Solvite templum hoc; corpus enim res terrena est. Sed hæc verba non videntur revocanda ad ea, quæ erant tam remota, conferenda sunt cum his quæ dicta fuerant Nicodemo. Deinde, quia Christi resurrectio, de qua est sermo: In tribus diebus suscitabo illud; æquale, immo majus est Sacramentum, quam nostra per Baptismum regeneratio.

151. August. Rupert.

Quarta explicatio, quæ meo videri est vera sententia eamque docent D. Chrysostr. homil. 26. D. Cyrillus lib. 2. c. 49. Origenes, & Ammonius in catena Græca, Theophylactus, Euthymius, Albertus Magnus, D. Thomas, D. Bonaventura, Cajetanus & alij Rem terrenam asserunt, vocasse Baptismum, de quo totus cum Nicodemo sermo erat. Non quod Baptismus non sit res divina, & spiritualis; sed quia super terram, & aquæ terrenæ interventu hominibus datur. Quia propter multa divina mysteria, cum in humana natura in hoc sæculo fiant, de terra dicuntur. Ut de ineffabili incarnationis mysterio: Veritas de terra orta est: Plalm. 84. n. 12. Aperiatur terra & germinet Salvatorem; Isai. 43. n. 8. Per cælestia vero intelligit Salvator generationem æternam, processionem Spiritus sancti. Tanquam si dicat Dominus: Si ea, quæ sunt magis in promptu, non capis, quomodo difficiliora percipies. Sap. 9. num. 16. Difficile estimamus, quæ in terra sunt. Quæ autem in cælis sunt, quis investigabit?

152. Chrysostr. Cyrill. Origen. Ammon. Theoph. Euthym. Alber. Mag. D. Thom. Bonavent. Cajetan.

Isai. 43.

Plalm. 84.

Sap. 9.

Joannes 3. n. 13. Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo; Filius hominis, qui est in cælo.

VERSIONES.

D. Dionys. epist. Amen dico vobis, qui contra Samaritanos, nemo, &c. Petrus Diaconus. Ipse enim omnino, & non alius ascendit in cælum; qui descendit de cælo. Arians. Et nomen ascendit in cælum, si non ille ex cælo descendens, Filius hominis existens in cælo. Syriacus. Filius hominis, qui ipse est in cælo. Sæ ex Græco. Qui erat in cælo.

EXPOSITIO.

153. *Conversio ad antecedentia.*

U D A O R U M incredulitatem Dominus vehementissime arguit. Dixerat immediate antea: Quomodo si dixerat vobis caelestia, crederetis? Nunc vero probat, quomodo ei caelestia narranti indubitanter sit credendum. Quia quamvis usque ad illud tempus nullus homo in caelum ascenderit, nec ea, quae ibi fiunt, contemplatus fuerit; tamen ipse clare, ac manifeste omnia intuetur, ac videt, nam ipse solus de caelo descendit, & in caelum conscendit, ac est in caelo semper existens. Ex quo duo concluduntur: primum, quod quamvis sit in terra, est etiam praesens in caelo; secundum, quod ipsi caelestia descendi tribuenda sit fides.

154. *Christus in rebus magni modeste loquitur.*

Nemo ascendit in caelum. Christus Dominus dicitur descendere de caelo, & ascendere, & esse in caelo, ratione utriusque naturae, divinae & humanae, ut latius explicabo quaestione sequenti. Filius hominis, non dixit: Nisi ego, qui descendi de caelis, & sum in caelis: sed per tertiam personam loquitur modestae ergo, ne de se tam aperte gloriam tantam divulgaret. Et dicitur, Qui est in caelo; hoc est, ratione divinitatis, quia nullum circumscriptum habet locum; ac proinde quamvis apparebat in terris, non separabatur a caelo, ut notatur D. Ambrosius, in Symbolo c. 6. D. Fulgentius lib. 2. ad Thrasymundum, c. 17.

Ambros. Fulgent.

QUESTIO XXIX.

Quomodo Christus Dominus dicat, quod ipse ascendit in caelum cum hic ante ascensionem suam loquatur?

155.

In presenti textu gravis suboritur difficultas; ait Christus Dominus, Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo Filius hominis; quando autem Christus Dominus haec verba dixit, nondum ascenderat in caelum; quomodo ergo ait: Nemo ascendit, nisi qui descendit? Nam ratione divinitatis non potuit ascendere; ipsa enim ubique est: ratione humilitatis, nondum ascenderat. Et augetur difficultas, quia verbum ascendit, juxta radicem Graecam est in praeterito tempore; quomodo ergo stat veritas in dictis. Nec effugit difficultatem Toletus annot. 17. dum negat, Christum hoc loco dixisse, se in caelum ascendisse: at sine fundamento hoc negatur; nam ex illa particula exclusiva nisi, recte inferitur ascensus; si enim nemo ascendit, nisi Filius hominis; ergo bene concluditur, Filium hominis ascendit. Nec etiam quiescit mens in expositione Bedae & Rupertii, qui haec intelligunt dicta per antecessorem de ascensione, quae facta est post Resurrectionem: quia illud verbum ascendit, est in praeterito, ut jam dixi. Deinde cum hoc pugnant sequentia verba: Filius hominis, qui est in caelo, nam si filius hominis erat in caelo: ergo ascendit, siquidem in terra ibita est humanitas.

156. Cajetan.

Ideo Cajetan, & multi alij respondent, quod Christus Dominus dicitur ascendere in caelum, ratione suae sanctissimae animae, quae a primo instanti suae conceptionis ascendit ad visionem, ac

fruitionem Dei, quam Beati ascendendo in caelum obtinent: ac proinde jam Christus Dominus id habebat, quod per ascensum in caelum acquiritur. Alij vero ut Maldonatus, Cornelius explicant, quod Christus ante resurrectionem in caelum ascendere dicebatur per communicationem idiomatum; quia Filius hominis, cum esset in terra, dicebatur etiam esse in caelo, quia idem Deus erat, Deus autem est in caelo.

Rem magis explico. Filius hominis dicitur ascendere, & descendere, ratione utriusque naturae, humanae, & divinae, in una persona. Ita docent D. Dionysius in Epist. contra Samaritanum, D. Eucherius quaestionibus in Joan. D. Hieronymus serm. de assumptione. Joan. Cassianus lib. 4. Fulgent. de Incarnat. D. Fulgentius lib. 2. ad Thrasymundum, cap. 17. Petrus Diaconus de Incarn. cap. 4. Ferrandus Diaconus Epist. ad Severum, & alij antiqui patres. Cum ergo natura divina sit ubique, & omnem repleat locum, ratione sui ascendere, & descendere nequit; haec tamen de Deo in Scriptura passim dicuntur ob varios effectus, & operationes, quas hic, & nunc exercet; ac si, per impossibile, non esset ubique, & ad illum locum venisset. Ac proinde ante ascensionem Filium hominis dicebatur esse in caelo ratione naturae divinae, quae ibi manifestatur; dicitur descendere de caelo ob Incarnationem, quia in utero Virginis hypostasis divina humanam terminavit naturam. Dicitur ascendere in caelum, quia ob naturam divinam elevata est natura humana, quae erat in terris, ut videret Deum, sicut Beati vident in caelo; & ut hominibus de terris communicaret caelestia dona, ac Angelis in caelo impetraret, ac tandem sicut Deus est ubique, sic & humana Christi natura per communicationem idiomatum, ut ex D. Augustino dicam quaest. 164.

Maldon. Corn.

157.

Dionys. Eucher. Hieron. Cassian. Fulgent. Petr. Diac. Ferr. Diac. Quomodo dicitur Deus ascendere, & descendere.

158.

Secundo elegantissime Divus Bernardus serm. 18. inter parvos, & varios, explicat hunc locum. Descendit, ait, & ascendit Filius hominis propter nos in nostra natura: attingens nimirum a fine usque ad finem sortiter; & disponens omnia suaviter. Descendit siquidem, quod inferius non deiecit, ascendit, quod excelsius non potuit. Ipsumque descensum egit sortiter, quia virtus erat: ascensum disposuit suaviter, quia sapientia erat. Descendit autem, ut dictum est, non cecidit; quia qui cadit, sine gradu ruit; qui autem descendit, gradatim pedem ponit. Sum ergo gradus in descendendo; sunt in ascendendo. In descendendo primus quidem gradus est a summo caelo usque ad carnem; secundus usque ad crucem; tertius usque ad mortem. Ecce quo usque descendit. Nunc quid amplius potuit? Poterat jam certe Rex nosse dicere, & quasi quondam operis affectu clamare: Quid ultra debui facere, & non feci? Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vidimus descensum. Videamus & ascensum; sed ille quoque triplex est. Et ejus primus gradus gloria Resurrectionis; secundus potestas judicii: & de morte quidem meruit Resurrectionem: de cruce, judicii potestatem: ut quoniam in illa injuste judicatus est, de illa justam obtineret judicii censuram. Ipsam vero servam formam, id est, carnem, in qua passus, & mortuus est resuscitatum exivit super omnes caelos, & super omnes Angelorum Choros, usque ad dexteram Patris. Pulchre multa docet Sanctus Pater Deus in terram veniens, non cecidit, sed per gradus descen-

Deus gradatim in terram descendit.

Joan. 15.

Per gradus est eundem.

QUESTIO XXX.

Quomodo dicat Christus, nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit, cum justus ascendat in caelum, a quo non descenderunt.

Ratio dubitandi est manifesta. Ait Dominus: Nemo ascendit, nisi qui descendit Filius hominis: cum tamen justus ascendat, & ascendit. Nec satis facit id, quod ait Salmeiron tract. 6. quod solus Christus ascendit virtute propria; justus vero gratia Dei rapiuntur, & assumuntur ad caelum. Sed hoc non solvit quaestionis nodum, nec facit ad id quod Dominus intendebat, nam tota intentio erat, quod nemo poterat res caelestes nuntiare, cum nullus hominum praeter filium hominis Dydim, ascendit in caelum; ergo sermo est hic de omni ascensu. Nec etiam audiendus est Didymus in catena Graeca, dubitans, quomodo Christus dicat: Nemo ascendit, cum Angeli prius ascenderint in caelum, nam eos ascendentem vidit Jacob Genes. 28. num. 12. At facilis est solutio, Christus Dominus loquebatur de solis hominibus, eis enim dicebat Dominus: Nemo ascendit.

161.

Salmeiron. Dux sententiae excluditur.

162.

Germanus.

Vetus ergo sensus est, quod Christus cum hominibus agebat, ut igitur Dominus comprobaret, quod nullus mortalium res divinas, ac caelestes hominibus ita aperire, ac declarare poterat, ut ipse (hoc enim erat sermone intentum) ait, quod hactenus nemo ex hominibus ascendit in caelum, praeter filium hominis: ergo nullus hominum valet hujusmodi res divinas in hoc saeculo nuntiare, nisi filius hominis, qui ad caelum conscendit & ea, quae ibi fiunt, perspicua habet, atque aperta. Deum nemo vidit unquam: Unigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarra- vit. Joannis 1. num. 18. Alias veluti morales demus rationes.

Secundo respondent D. Augustinus, Beda, Carthusianus, D. Thomas, D. Bonaventura, quod justus ascendunt cum Christo, tanquam illius membra; nam cum ipso faciunt unum mysticum corpus, cujus caput est Christus; membra justis: & ita cum illo, & in illo unum sunt, loquitur D. Augustinus, quod comprobatur ex Paulo ad Galat. 3. num. 16. Abrahae dicta sunt promissiones, & semini ejus, non dicitur, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno. Nemo in caelum ascendere poterat, nisi filius Dei, ad nos ergo descendit nostramque assumpsit naturam, ac sibi eam copulavit, ut nos unum cum ipso facti ad thronum Patris ascendamus. Quod eleganter ponderavit Tertullianus lib. de Trinitate, cap. 13. De caelo descendit Verbum, tanquam sponsus ad carnem, ut per carnis assumptionem filius hominis illuc posset ascendere, unde Dei filius Verbum descenderat: merito dum per connexionem mutuum, & caro Verbum Dei gerit, & filius Dei fragilitatem carnis assumpsit, cum sponsa carne conscendit illuc, unde sine carne descenderat. Descendit Dei filius, ut nostram carnem eveheret in caelum. Descensum, ac humiliatorem sibi tantum reservavit, suumque esse voluit.

163.

August.

Beda.

Carthus.

D. Thom.

Bonavent.

August.

Galat. 3.

Homines cum Christo in caelum ascendunt.

H 4 solus

descendit; nam gradatim, palatimque eundem est de quo multa dixi lib. 1. cap. 1. num. 79. & cap. 2. num. 14. & lib. 2. cap. 2. num. 10. cap. 4. num. 51. & cap. 1. num. 38. & lib. 3. cap. 1. num. 52. Denique descendit per Crucem, & per ipsam ascendit ad dexteram Patris, ac meruit potestatem judicariam, nos secum in caelum adducens.

159.

Joan. 15. Zeno.

Per crucem Deus, & homines in caelum ascendunt.

160.

Deuter. 33.

Tertull.

Idem.

Exod. 3.

Protop.

Ait Christus Dominus Joan. 15. Ego sum vitis, vos palmites; quod perbellè ponderat D. Zeno serm. in Psalm. 79. Ut optime sapere recolitis, ait, palmes in scrobem, dimittitur; ut animatus ibidem genialis humor; manente semper secum substantia nutriatur; auxiliare illi necessario jungitur lignum cuius tutela defensus sese sustollat. At ubi adoleverit in vitem perfectam, ad jugumque pervenerit? pura materia tabulatis infertur, nobis astringitur, ne a ligno quo portatur, vel cuius adminiculo, vel ducatu in uberes fructus longius involuta produciatur, vi aliqua separetur. Et pulchre S. Pater prosequitur. Christus Dominus vera vitis, de caelo usque ad ima terrae sese submitit; unde verò extolleretur, lignum ei fuit ad jungendum, ut Crucis adminiculo innixus a terra exaltaretur, utque caelestes ejus fructus, ac palmites sublevarentur, Crucis tabulatis suppositis fuerunt fulcendi, ut ita in altum surgerent, & usque ad caelum cum sua propagine, ac vite gloriosissime pervenirent.

Sub figura Joseph gloriam Christi Domini praedicans Moyses Deuter. 33. num. 17. ait: Quasi primogenitus tauri pulchritudo ejus, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabitur gentes usque ad terminos terrae. Tertullianus statim dandus legit: In ipsis nationes ventilabitur ad summum usque terra. Pulchritudo tauri, ac cornua rhinocerotis sunt extrema Crucis brachia, quibus Dominus ventilans nationes humiles extollit de terra ad caelum, superbos verò inde dejiciens sua judicaria potestate comprimit. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem cap. 18. Christus ait, in illo significabatur taurus ob utramque dispositionem, alius servus, ut iudex, mansuetus in Salvator cuius cornua essent Crucis extrema. Nam in antena navis, quae Crucis pars est, extremitates cornua vocantur. Hac denique virtute Crucis universas gentes, & nunc ventilat per fidem, auferens a terra calum, & tunc per iudicium ventilabit, dejiciens de caelo in terram. Tota Christi virtus, potentia, ac sapientia, in Cruce sita est; ea enim separat agnos ab haereticis, ea extollit, ac sublevat justos ad caelos, & superbos a sua praesumptionis altitudine gravissimo lapsu praecipitat, ac dejicit.

Moyse apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi; Exod. 3. num. 2. inde Hebraeos afflictionibus oppressos in terram promissionis adducat, interitumque, ac supplicio contundat Aegyptum, ut ipse Dominus dixit: Extendam manum meam, & percussam Aegyptum in cunctis mirabilibus, ibidem num. 20. Sed ubi haec aguntur? In medio rubi. Sed cur aliud corpus non assumitur, nisi lignum rubi, quod sanctam significat crucem, ut author est ibi Protopius: Initium miraculorum, ait, per lignum sit, quod novi Testamenti crucem praedicat. Interveniens Cruce habent boni, ac electi: ut transeant in caelestem terram promissionis, & impij, ut inferni aquis obruantur.